

Johannes Dei et apostolice Sedis gratia Sancte et Ingenue
 Misnensis ecclesie Episcopus. Universis et singulis presentes
 literas inspecturis salutem in domino. Et quia per utriusque sexus
 christi fideles Valle Sprewo nobis respicendum est qualiter longam
 viam ad eorum ecclesiam parrochiale habuerit ac propterea
Capellam novam pro laude omnipotentis dei Sanctorum
 Fabiani Sebastiani Rochi et dioc. Anne in qua aliqui divina
 officia celebrari ipsique devotionis causa eandem commodissi-
 me visitare possent ibidem edificare inceperunt Quapropter
 nobis humiliter supplicarunt quatenus ad creationem seu
 completionem huiusmodi Capelle auctoritatem nostram
 pariter et consensum prestaremus Nos igitur petitionem
 prefatam iustam salubremque censim. Quare et Capellam
 prefatam iam pro maiori parte edificatam pro Sancti
 patris dei laude in honore Sctor Sebastiani Fabiani
 Rochi et Anne sine tamen praesudicio Plebani at. alie-
 rius cuiuscunque proficere possint et valeant presentibus
 auctoritatem nostram ordinariam imperimus atque prebe-
 mus assensum. Utque christifideles eandem Capellam post-
 quam completa sive astructa fuerit tanto ferventius visitent
 quanto uberius spiritualibus muneribus se plus refecturi agno-
 scant. Omnibusque et singulis confessis et contribis qui ean-
 dem Capellam postquam consumata et edificata fuerit visita-
 verint et in eadem quingene Pater noster cum totidem
 Salutationibus angelicis et uno simbolo ad laudem omni-
 potentis dei pro omnium christifidelium animarum salute